



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 8. Episcopatus in variis locis stabiliti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI.  
A. C. 1559.

episcopi ex diversis Ordinibus assumpti dignitates, & officia suorum Ordinum aucuparentur, ut sub hoc prætextu sese a residendi onere eximerent, hinc sanxit, ut omnes, quicumque munus consecrationis semel adepti fuissent, & postea dimissis Ecclesiis ad ordines suos redire permitterentur, nequaquam ad ulla eorum officia, & dignitates admitterentur, sed Ordinis sui regulam sicut ceteri Religiosi servarent.

Edidit insuper aliud diploma ad Hispalensem Archiepiscopum die quarta Januarii datum, in quo præcepit, ut omnes hæretici, etiamsi relapsi non essent, capitali tamen supplicio afficerentur. Pariter die decima octava Februarii datis literis Granatensis Regni Inquisitores vehementer urgebat, ut severis pœnis animadverterent in Sacerdotes improbos, qui nonnullas mulieres, quæ veniam in sacro tribunali petituræ accedebant, ad impura flagitia sollicitarunt.

§. VIII.

*Episcopatus in variis locis stabiliti.*

Thuan. l. 22.  
Spond. n. 4.

Idem Pontifex etiam Romani populi penuriam magno pietatis exemplo levavit, tritici robore, quod mensuræ genus est, octo aureis empto, & egenæ plebi quinque divendito, qua liberalitate quin-

quinquaginta aureorum millia absumpsit. Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.  
 Eodem tempore & id memoria dignum  
 ab eo actum est, quod in aliquot India-  
 rum oppidis, quæ Lusitaniæ Regi pa-  
 rent, sedes Episcopales constituerit,  
 Malacæ & Cochini: Goensem vero Epi-  
 scopatum ab Archiepiscopi Ulisiponen-  
 sis obedientia ob locorum longinquitatem  
 exemerit, eamque Metropolitanam fe-  
 cerit, erectis novis Episcopatibus, ex  
 quibus Episcopum Malacensem, & Co-  
 chinensem illius suffraganeos esse voluit.  
 Ceterum Goæ præter Cathedralem Ec-  
 clesiam septem dantur Parochiæ, plu-  
 raque Monasteria, ibidemque Jesuitæ  
 vulgo Paulistæ nuncupantur, eoquod  
 amplissimum illorum Templum sit divo  
 Paulo sacrum, nec ibi etiam præfati Pa-  
 tres pileis, aut oblongis, prout in Eu-  
 ropa solent, vittis, sed quibusdam utun-  
 tur capitibus, quæ vix non speciem pi-  
 lei absque ora, seu solum pilei cavum  
 præferunt: Præterea iidem Patres  
 quinque ibidem habent Collegia, eaque  
 sunt D. Pauli, ita dictum boni Jesu Colle-  
 gium, Seminarium, nec non Professio-  
 rum, & Novitiorum Domus.

## §. IX.

*Philippi II. consilium de novis Episco-  
patibus in Flandria erigendis.*

*Hist. Eccles. Tom. XLIII.*

S

In-